



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Qvarta Hebdomas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

In hilomius estis ita hilares ac contentæ! Omnia Martini tolerata supplicia sunt ad instar amœuissimi viridarij aspectu eorum, quæ in Purgatorio exantlantur.
III. Ergo audi & S. Paulum hortantem 1. Cor. 8. *Vestra* abundans illorum inopsam supplet; & illorum abundantias vestre inopia & supplementum, si scilicet ad Cœlos venient. Legatur etiam l. 3. c. 48.

QUARTA HEBDOMAS.

Hujus Hebdomadæ, quæ ad viam unitivam spectat, postissimus Scopus est, gaudiorum & fructuum, qui ex perfectum DEO Unione seu Amore oriuntur, magnitudinem considerare, & ex tali consideratione majus in se Ejusdem Unions seu Amoris desiderium excitare. Cum vero haec maius ex ipsius Christi velut Capitis nostri gloria Resurrectione & Ascensione clarissime eluceat, ideo merito de his Mysteriis Materia pro Meditationibus hujus Hebdomadæ prescribitur.

MEDITATIO I.

Pro 8. Die.

DE GLORIOSA CHRISTI RESURRECTIONE.

Scopus.

Desiderium futuræ Resurrectionis.

Tessera.

Sed, quod Redemptor meus eruit, & in novissimo die de terra resurrectus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo DEVUM Salvatorem meum. Job. 19.

Punctum I.

Considera I. Quomodo contigerit haec Resurrectio, scilicet per unionem Animæ Christi cum Corpore, & communicationem Beatitudinis ipsi Animæ, Dotum vero gloriosum, puta Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis, ac Claritatis ipsi Corpori factam, & quidem in summo gradu, prout summa Christi Virtus & Sanctitas merebantur.

Cor-

Considera II. Quantopere gaudere debeas ob hanc Resurrectionem Christi, tum propter ipsum tanquam Caputum (si enim dum gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, quanto magis tam gloriose coronato capitulo te Eadem summi gratulari & congaudere convenient propter tuum commodum; & enim, cum Hostis ipsius universalis Patriæ debellatus est, commune quoque omnibus Incolis gaudium & jubilatio exoritur; quanto magis te exultare & gaudere conveniet, quando Capitalis Humani Generis Hostem triumphantem à Christo auxilis.

Considera III. Quantus tibi quoque hinc stimularetur debeat ad omnes tam Corporis, quam Animis molestias in una cum Alacritate Constantiaque perferendas, si mens tua, te, sicut Christo compassurus es, ita conglomeratum quoque iri cum ipso; & sicut Socius Passionum fueris, ita & Gressus futurum. Vide proin, quomodo hoc stimulo ulterius fueris, & uti deinceps velis. Colloquia.

Punctum II.

Considera I. Cur Christus post Resurrectionem suam longo adhuc tempore in terris permanere, & cum Discipulis conversari voluerit, nimirum ut non modò Resurrectione nostræ Corporalis articulum suā præsentia magis confirmaret; sed etiam ad spiritualem Resurrectionem secum introducendam excitaret.

Considera II. In quo consistat hæc spirituialis Resurrexio, scilicet in hoc, ut veterem nostrum Hominem in crucifixamus, & novum induamus, idque per Impressionem (id est, immunitatem ab omni peccato velut unicui proprio malo) agilitatem seu promptitudinem ad obsequium divinum, & Proximi nostri auxilium: Subtilitatem Efficaciam in penetrandis obstaculis perfectionis; & Cognitatem spiritualem boni Exempli, & solidæ doctrinae demonstremus; ex his quippe indicis vera Resurrectio spirituosa cognoscitur.

Considera III. Quibus potissimum mediis ad hanc Resurrectionem spiritualem uti debeas, nimirum quod sicut Christus Virtute propria resurrexit; ita & tu tibi ipsi generaliter.

hanc Religio
Caputum
audient
onato capi
conveni
Hoc quis
ie quoque
quanto in
apitalemo
Christo fuit
mularer
olefus d
si mem
ficatum p
s, ita & G
o usus hab
em suam
en Discipul
surrectio
is confund
secum hab
alis Refor
incent hanc
oppassim
luit uniu
ad obedi
ilitatem in
s, & C
inze dem
o spiritu
hanc Relig
l sicut Ch
generale
vilem

gentiam inserre, tēque non morti duntaxat spirituali, id
di peccato violenter cripere, sed etiam ad vitam spiritualia
deinceps instituendam excitare velis. Vide proin, quo
modo id hactenus feceris, aut deinceps facturus sis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quod Christus post Resurrectionem suam
varij etiam Personis, præsertim Sanctissimæ Matri suæ, A
postolis, Discipulis, Mariæ Magdalena, aliisque Mulieribus
apparuerit, ac singulare suā præsentia gaudium creaverit,
quod quidem tanto majus extiterat, quanto majorem qua
vis ejusmodi Persona ex illius doloribus & passione tristi
tum conceperat.

Considera II. Quomodo & tu, si spiritualiter, ut superio
rū puncto dictum est, resurgere studeas, simile gaudium Ma
riæ tua, id est, Ecclesiæ: Fratribus tuis, id est, alijs Parochi
& Operarijs: Discipulis tuis, id est, Parochianis, & alijs Fi
delibus Christianis creare possis juxta illud pij Ascetæ lib. I.
c. 15. Quād dulce & iucundum est, videre fervidos & de
votis Fratres, bene morigeratos, & disciplinatos!

Considera III. Quantopere vel hoc solum etiam motivum
tibi sufficere debeat ad Resurrectionem spiritualem totis vi
tibus procurandam; si enim tantopere desideras, alia illie
temporalia gaudia & recreations convivijs vel compota
tionibus creare, quanto magis conari debebis, ut Resurre
ctione tua spirituali eos recrees, ex qua potissimum semper
lucrum tu ipse potius, quam aspicientes reportabis. Inquire
proin, quomodo hactenus hanc doctrinam cordi habueris,
ut habere deinceps velis. Colloquium.

Vide etiam, si placet, Masenium. fol. 337. aut Theophil
i Weyeri, fol. 224.

Conclusiones.

- I. Ergo audi S. Paulum ad Rom. c. 6. hortantem: Quo
ndo Christus surrexit à Mortuis per gloriam Patris, ita &
nos in novitate & a ambulemus. Si enim complantati fu
imus similitudini mortis ejus, simul & Resurrectionis erimus.
- II. Ergo sequere ejusdem consilium ad Colos. monentis;

Si consurrexisti cum Christo, qua sursum sunt, quare Christus est in dextra DEI sedens, qui sursum sunt sicut non quo super terram. Mortuus enim est, & vita nostra secunda est cum Christo in DEO. Cum Christus apparuita nostra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

III. Ergo Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & luminabit te Christus, Eph. 5 communicans tibi clarinam suam, & implens illud, quod pius Asceta l. 3. c. 43. in ea Persona dixerat: *Ego sum, qui humilem in puncto elevavi, ut plures aeternae veritatis capiat rationes, quam sedecim annis studiisset in scholis. Nam quidam auctor me intimè didicit divina, & loquebatur mirabilia.*

Legatur etiam ex l. 3. c. 49.

M E D I T A T I O II.

Pro Octava Die.

D E A S C E N S I O N E C H R I S T I.

Scopus.

Studium magnæ gloriae comparande.

Punctum I.

Considera I. Quanta cum gloria Christus à Patribus limbo eductis in cælum deductus, quanto cum Jubilo à Angelis è cælo obviantibus exceptus, & quanta cum extincione à Patre aeterno ad dextram gloriæ sit collocatus fuit Romani olim tam gloriofos Triumphos suis Ducibus obstantias obtentas adornarunt; quantum à Patre amantissimi & potentissimo apparatum Filio suo Triumphantem credentes qui tantum Hostem, tam nobili & generosa victoria deridunt.

Considera II. Si Mortales tantopere exultant, ubi perierat quondam Urbem, è qua tamen saepe non grande calamitatem exspectant, expugnatam audiverunt, quantopere tu exultare debeas, dum à Christo cælum, in quo tibi aeterna, & omni felicitate referia mansio paratur, expagnum, & apertum intelligis.

Considera III. An, & quomodo hactenus gratum te ob beneficium exhibueris, & exhibere deinceps velis. Colligimus.

Punctum II.

Confidera I. Quâ de causâ præcipue Christus à Patre suo natus tantopere exaltatus, & ad dextram suam sit collocatus, nimirum quia, ut S. Paulus ad Philipp. 2. dixit, humiliatus semper ipsum factus obediens usque ad mortem, mortuus autem Crucis; propter hoc enim exaltavit illum DEVS. Undonavit illi nomen super omne nomen (& multò magis Gloriam super omnem Gloriam) ut in Nominе IESV omne genus sedetur Cœlestium, Terrestrium & Inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS in Gloria est DEI Patris. Ipsèque jure ad Apostolos dixerit Matt. 28. *Dame mihi omnis Potestas in calo & in terra.*

Confidera II. Quantopere tu quoque in amorem harum omnium Virtutum, Humilitatis scilicet, Obedientiæ, & Patientiæ exardescere debeas, ut, quantò in illis similius Christo te studieris in hac vita, tanto conformior quoque Eisdem olim in Gloria sis futurus.

Confidera III. Quām multas habeas & præclaras occasioes harum trium virtutum exercendarum, quāmque ad eō cupidè eas amplecti debeas, ut, sicut Christi Personam potestate & officio repræsentas, ita in moribus quoque Eisdem similissimus appareas. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Et si Christus de facto ad cœlos ascenderit, non tamen nos omnino sic deseruisse, ut non etiam in terris nobiscum permaneat, cùm signatè Matt. 28. Apostolis dixit: *Ecce ego vobis cum sum usque ad consummationem saeculi.*

Confidera II. Quomodo Christus nobiscum maneat, nimirum quadruplici modo. 1. Per realem existentiam in Eucharistia; ob quam verè potest ad nos illa Levitic. c. 26. verba pronuntiare: *Ponam tabernaculum meum in medio regni, & non abiiciet vos Anima vestra. Ambulabo inter uobis, & ero Deus vester, vosque eritis Populus meus.* 2. Per cooperationem in Laboribus & Operibus nostris: sic enim plenius Joan. 15, indicavit dicens: *Ego sum Vitis vera, vos Palmites: Sicut Palmyra non potest ferre fructum à semetipso,*

ipso, nisi manferit in Vite; sic nec vos, nisi in me manferis.
 3. Per Protectionem, uti S. Cyprianus testatur dicens: Q[uod]o[m] promobis semel mortem vicit, semper vincit in nobis. (47.)
 Ipse quoque Joan. 16. c. dixit: In Mondo pressuram habetis: sed confidite, ego vici Mundi. Hac locutus sum
 vobis, ut in me pacem habeatis. 4. Per Patrocinium: metu
 Ipsiemque Joan. 16. hortatus est: Usque modo non petit quod
 quam in nomine meo: petite, & accipietis. Et ideo cum
 vulnera sua retinuit, ut tanto efficacius pro nobis omni
 Hinc & S. Joannes 1. Ep. c. 2. hortatur: Si quis peccatum
 Advocatum habemus apud Patrem, IESVM Christum
 ipsum, & ipse est Propositio pro peccatis nostris, non
 fris autem tantum, sed etiam prototinus Mundi.

Considera II. Quanta ex hac Promissione Fiducia &
 latum cuivis quidem Christiano, sed praecepit Sacerdos
 oriri debeat, si meminerit, se Christum in Laboribus sicut
 in periculis Protectorem, in Orationibus Advocatum, &
 languoribus Consolatorem habere? An non jure in quo
 casu adverso & necessitate sibi dicentem imaginabut, quod
 aliquando Apostolis in tempestate constitutis dixit: Egredi
 vobis timere: Matt. 14.

Considera III. An hactenus ejusmodi Fiduciam & Soli
 tum habueris, aut certe deinceps habere velis. Colligimus
 Videri etiam potest Masenius. fol. 419.

Conclusions.

I. Ergo audi S. Cyprianum ser. 6. de Martyribus horum
 tem: Dimicante constanter, militate fortiter, scientes
 sub oculis Domini presentis dimicare; quia non sic tamen
 servos suos tantum spectet, sed & Ipse luctatur in nobis
 congrederetur, Ipse in certamine agonis nostri & corona
 riter, & coronatur.

II. Ergo, ut monet D. Paulus ad Hebr. 6. fortitudine
 solarium habeamus, qui confugimus ad tenendam per
 tam spem, quam sicut Anchoram habemus Animam sub
 firmam, & incidentem usque ad interiora velamini:
 Pracuror pro nobis introiit IESVS secundum Ordinem
 Melchisedech Pontifex factus.

III. Ergo age quod agis; fideliter labora in vita.

manens vero merces tua (ait pius Author in Persona Christi l. 3. dicens q[ui] 47.) Scribe, lege, canta, gema, tace, ora, sustine virs-
nobis. Entra contraria: digna est his omnibus, & majoribus pralij-
ram habuimus aeterna. Veniet & pax in die una, qua nota est Domino,
ut non dies, neque nox, hujus scilicet temporis, sed lux
eternus, claritas infinita, pax firma, requies secura.

Legatur totum eit. caput 47. & illa verba bene perpen-
ditur: O si vidisses Sanctorum in celo (& multò magis i-
n nobis oīus Christi) coronas perpetuas: quantā nunc quoque exul-
tans gloriā, qui huic mundo olim contemptibiles, & quasi
in ipsā indigni putabantur, profectò te statim humiliares
tique ad terram, & affectares potius subesse, quam præesse.

CONSIDERATIO PRO VIII. DIE.

DE NEGOTIATIONE SPIRITALI SA-
CERDOTIS.

Ut hæc consideratio, quæ quasi brevis Repeitio & com-
pendium priorum erit, cum optato fructu peragatur, aptissi-
mæ negotiationis, quam Christus Luc. 19. illis verbis:
Negotiatamini, dum Genio: commendavit, similitudo, ut
vate in qua, quidquid ad vocationem Sacerdotis ritè exe-
quendam requiritur, aptissimè indicatur. Quare, ut S. Gre-
gorius Naz. monet, imaginare tibi, vitam tuam præsentem
vindinas esse spirituales, in quibus amplissima tibi offera-
tur occasio emendi, quidquid pro æterna vita necessarium ti-
bi fuerit, idèoque more Negotiatorum, & Mercatorum se-
gentes industrias observa.

I. Diligenter considera, quales & quanta tibi merces sint
necessaria; Et qualitas quidem mercium à S. Joanne Apoc.
declarè his verbis indicatur: Beatis mortui, qui in Domino
meruntur. Amodo jam dicit spiritus, ut requiescant à la-
boribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Quantita-
tem vero exillis Christi verbis Jo. 6. colligere licet: Ope-
ramini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æ-
ternam. Tantæ ergo merces emendæ tibi sunt, quantæ suf-
ficiunt æternum victuro. Heu quantæ! Quare audi consi-
lium Salomonis Eccles. 9. & quodcumque facere potest ma-
ne tua, instanter operare. Ac quemadmodum olim Apel-
Instrud. VIII.

A a

les

les quæstus, cur picturas suas tam studiose elaboraret, spondit: quia pingo æternitati; ita & tu opera tua & huius res cum omni diligentia & perfectione absolve, quia tuas, & emis æternitati.

II. *Cave, ne falsas merces pro servis emas; sed opere semper emere stude:* Falsæ merces sunt Divitiae, Homines, voluptates, quatenus in ijs præcise sistur, de qua ratione testatus est Salomon Eccles. 1. dicens: *Cumque inveneritissimum ad universa opera, qua fecerant manus meæ ad labores, in quibus frustra sudaveram, vidi in invanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanens sole.* Optimæ merces sunt virtutes, præcipue charitatem & proximi, patientia, humilitas, victoria & mortificatio &c. de quibus S. Bernardus dixit: *Vera opes non dividuntur sed virtutes quas secum conscientia portat.* Itaque si tu putas illud Apoc. 3. *Dicis, quod dives sum, & pletatus, & nullus ego; & nescis, quia tu es misericordia serabilis, & pauper, & cacus, & nudus.* Suade tibi enim *me aurum ignis probatum, ut locuples sis.*

III. *Da operam, ut maturè, dum tempus est, emas;* sicut Servator suo Exemplo docuit, dum Jo. c. 9. dicit: *Oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies eius non nox, quando nemo potest operari.* Itaque audi S. Pauli Eph. 5. monentem: *Videte itaque Fratres, quoniam vestes tempus, quoniam dies mali sunt. Non ergo deficiatis a die bono (virtute tue) & particula boni doni (id est operis) non te prætereat.*

IV. *Stude pariter, ut levi pretio quam plurimam emas:* quid autem levius bona intentione? bonis detinuti ipsius oblatione? atqui secundum horum quantitatum tibi vel pauciores merces offeruntur. Audi ergo apostolum 1. Cor. 10. monentem: *Sive ergo manna sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam dei facite.* Audi & S. Augustinum de spiritu & anima sicut monentem: *Ecce venale est regnum Dei, eme prout. Nec me existimes de re magna propter pretij magnitudinem. Tum valet, quantum habes. Noli querere, quid habeas, sed certe qualis sis. Res ista valet tantum, quantum es tu: te debet dirige, te servare, te regnare.*

debet illud. Audi denique eundem super Ps. 103. loqueuntur: Coronat Deus intus voluntatem, ubi non invenit famulatorem. Nemo dicat: non habeo. Charitas de succulo non regatur.

V. Cura, ut conserves, quae emisti, & tuò in patriam praesertim: Attende ergo, ut monet Christus Matt. 6. ne justis quarum nam tuam facias coram hominibus, ut videaris ab eis: alsoquenq[ue] in mercedem non habebis apud Patrem tuum, qui in cœlis nra misericordia. Sequere potius consilium S. Bernardi S. 54. super Cant. s. in anno dicitis: In veritate didici, nihil esse aquæ efficax ad graviter amandum, retinendam, recuperandam, quam si charitatem in tempore coram Deo inveniaris non altum sapere, sed unire. Beatus homo, qui semper est pavidus, & Latrones inimicis, merces suas, quantum fieri potest, ab eorum oculis occultat, & per manus Angelorum ad cœlos deportari curat.

VI. Frequenter super Negotiationem tuam te reflecte, & laicum cum damno considera, computaque: Ceterè hæc inter potiores sedulorum mercatorum industrias non postremo computatur; per hanc quippe errores deteguntur, danni apicantur, desiderium lucri accenditur, industria acutius negotio prosperatur, & merces optatae comparantur augeantur. Unde meritò summopere semper à patribus animalibus hæc reflexio commendatur.

Utergo concludam denique & hanc, & reliquas omnes considerationes, illiste pij Ascetae verbis I. t. c. 23. ad extremum adhortor: Age nunc, charissime, quidquid agere posse, quia nescis, quando morieris; nescis etiam, quid te post mortem sequetur. Dum tempus habes, congrega tibi divisiones immortales. Præter salutem tuam nihil cogites: Sonum, qua DEI sunt, cures. Fac nunc tibi amicos, venerando Dei Santos, & eorum actus imitando, ut, cum defecersis, in vita illi te recipiant in aeterna tabernacula. Seru te tanquam Peregrinum & Hospitem super terram, ad quem diligitur atque mundi negotijs. Serva cor liberum, & ad DEVM sursum eructum, qui et non habes hic manentem civitatem. Nee mecum. Illuc preces & gemitus quotidianos cum lachrymis inem. Dirige, ut spiritus tuus mereatur ad Dominum post mortem habere feliciter transire. Amen.

DE MISSIONE SPIRITUS SANCTI

Scopus.

Ardens desiderium hujus divinissimi Hospitis.

Punctum I.

Considera I. Quomodo Spiritus S. super Apostolos veniret, nempe factus est repente de celo sonus tanquam venientis spiritus vehementis, & replevit totam Domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitae lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum, & sunt omnes Spiritu Sancto, & cuperunt loqui varijs linguis prout Spiritus Sanctus dabit eloqui illis. Act. 2.

Considera II. Cur sub his potius formis, quam sub aliis apparuerit, & venerit super Apostolos, nimur ut obseruat, se ijs largitum fuisse tres dotes ad verum Apostolum singulariter requisitas, quas Christus jam olim illis locis promiserat dicens: Ponite ergo in cordibus vestris mentes meditari, quemadmodum respondeatis, ego enim dabo vobis (donum linguarum per linguas dispersitas significare) & sapientiam (donum intellectus, sapientiae, & scientiae per ignem indicatum) cui non potuerunt resistere, & non dicere omnes Adversarij vestri; per quæ verba doctitudinis & consilij per ventum vehementer significatum innuebatur.

Considera III. Quam praecipari, & Sacerdotibus ministeri optandi sint hi effectus, & quomodo tu haec tenus conticipaveris, aut deinceps te participem facere velias loquium.

Punctum II.

Considera I. Quod divinissimus hic hospes Apostoli non tantum in ordine ad alios perficiendos instruxit, vel maxime etiam necessariis ad propriam perfectionem medijs copiosè ditarit, ideoque ardentissimum Dei amorem qui per ignem praecipue significabatur, infuderit; hic est

ANCI
Iosipit
Postolos
anquam
am Dic
rite lige
n, Grati
ariplo
2.
jam fide
n ut ocul
postulat
Hil Loc
Pris nra
signific
re, & don
a domini
spiritus
ibus m
is eadem
velia
es Apo
struxer
perfe
Dei am
ir; hiuc
tus postea Gloriæ divinæ & salutis animarum promoven-
tibus, tanta in adversitatibus preferendis constantia, &
inter ipsas contumelias exultatio oriebatur, ita ut me-
milla sponsa Cant. 1. verba usurpare possent: *Introduxit
Rex in Cellam vinariam* (unde & musto pleni credeban-
ordinavit in mechanitatem, ut scilicet prius eam
quæ, postea erga alios ordinatè ostenderem.

Considera II. Quàm nobilis & Sacerdoti necessarius hic
mam sit effectus, ne, dum alios lucrari, & salvare cupit, ipse-
re anima sua detrimentum patiatur. Propterea, ut S. Pau-
lus ad Hebr. 2. hortatur, *abundantius observare oportet nos*
ca que audivimus, ne forte pereffluamus. nam ut S. Bernar-
dus l. 18. super Cantica benè ad vertit, *benigna prudensque*
erit si affluere consuevit, non effluere. Hinc duas quoq;
dictus Sanctus operationes Spiritus Sancti ponit, quarum
piùem vocat *Infusionem*, quâ nos primò intus virtutibus
solidat ad profectum; alteram *Effusionem* appellat: quâ fo-
ni quoque munericibus nos ornat ad lucrum.

Considera III. An tu hactenus hunc ordinem charitatis
observavis, & quomodo eum observare deinceps velis. Col-
loquium.

Punctum III.

Considera I. Quomodo se Apostoli disposuerint, & præ-
paravit ad hunc optatissimum Hospitem & ignem recipien-
dam, nimurum per tria media. I. Per recessum ab omnibus
creaturis, dum in domum aliquam privatam se abdiderunt.
II. Per orationem ardenter, cui toto illo tempore studio-
fuisse vacarunt. III. Per mutuam charitatem: quâ una-
vimes & conjuncti adventum promissi spiritus exspectarunt.
Considera II. Quàm sapienter hæc media adhibuerint
Apostoli, *Orationem* quidem, quia cum omne donum optimum & perfectum desursum sit, haud dubiè donum hoc o-
mnium donorum præstantissimum non aliter magis, quâm
per orationem impetrandum erat: *Secessum autem*, quia
cum Spiritus S. velut amor divinus corrivalem non patiatur,
merito omnis prius auctor inordinatus rerum creatarum ex-
pellendus est, quemadmodum etiam lignum calorem & i-
gnem non recipit, nisi prius ab omni humore exsiccatetur;

A a 3

frat-

fraternam denique charitatem, quia invisibilis est come
amoris divini, cum hoc, teste S. Joanne i. cap. 4. habem
mandatum a Deo, ut, qui diligit Deum, diligit fratrem
suum.

Considera III. An, & quomodo tu hactenus has disputa-
nes habere studueris; & quomodo deinceps saltet cam-
tò diligentius procurare velis, quantò magis opus ha-
hujus Sanctissimi Spiritus adventu ac donis. Colloqui
Vide etiam Theophilum Weyeri Hebd. 4. fol. 130.

Conclusiones.

I. Ergo clama assiduo cum Ecclesia: Veni S. Spiritus
plete tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis igne-
cende.

II. Ergo ejice ancillam \mathfrak{S} Filium ejus (id est
nem amorem proprium & rerum creatatum) non trah
hares (& possessor hujus divinissimi doni) Filii Auct
eum Filio meo Isaiae (id est divino amore) Gen. 21.

III. Ergo audi pium Ascetam in persona Christi. Iap
loquente: *Fili, prorsa est gratia mea* (Spiritus Sal
ventus & infusio) non patitur se misceri extraneo
nec consolationibus terrenis. Abjecere ergo oportet omnia
impedimenta gratiae, si optas ejus infusionem suscipere. Pon
secretum tibi, ama solus habitare tecum, nullum regum
confabulationem: sed magis ad Deum devotam of-
ficiem, ut compunitam teneas mentem, \mathfrak{S} puram con-
ficiam.

Legatur etiam totum cit. caput, & attente perpende
præsertim ultimus paragaphus.

MEDITATIO
pro nono die.DE GRATITUDINE PRO ACCEPTU
IN SECESSV BENEFICIIS
EXERCENDA.

Tessera: Quid retribuam Domino pro omnibus, quae
buit mihi? vota mea Domino reddam in confessione
Populi. Psal. 115.

Punctum I.

Considera I. Quanta in hoc secessu beneficia à Deo aperis: id facilè deprehendes, si ex una parte perpendas, quod Deus, dum tot divinas Illustrationes & ardentia desideria, optimaque proposita tibi communicavit, semen quantum cor tuum seminaverit; ex altera vero parte consideres, quam pretiosum & vertile sit hoc semen, quantaque Glorie & felicitatis tum in hac, tum in altera vita percipiendæ logem inde sperare possis.

Considera II. Quantopere hoc beneficium crescat, si impunetiam seminandi modum, dum scilicet tot consolatio- nes celestes & gustus spirituales ultra omne tuum meritum submittere dignatus est, attendas; tum enim clare deprehendis ingentem prorsus fuisse DEI erga te liberalitatem ac munificientiam, & in eas Psalmista: voces erumpes Ps. 8. Quid est homo, quod memor es ejus, aut Filius hominis, quem visitas eum?

Considera III. Quam æquum proinde sit, ut tantum beneficium gratia mente agnoscas, ore grato deprædices, & impunetiam opere compensare studeas. Colloquium ad SS Patronos, agendo gratias pro collatis in hoc secessu favoribus, & rogando, ut tua proposita Deo offerre, gratiamque ad ea tenuenda uberem impetrare dignentur.

Punctum II.

Considera I. Quemadmodum terra pro accepto semine majoris seminatori gratias referre non potest, nec aliae etiam ab ea exiguntur, quam ut acceperum semen gremio suo foreat, fructuunque ex eo trigesimum, aut centesimum progerminet; ita nec à te aliam gratiarum actionem magis requiri, quam proposita in hoc secessu concepta executioni facias, & quod ore facturum te pullitus es, opere ipso confirmes; hæc enim gratiarum actio uti solidior, diuturnior, Deoque honorificentior, & tibi utilior est, quam ea quæ voce tantum præstatur, ita haud dubie etiam eidem Deo, cœlitib[us]que gratior existet.

Considera II. In quo consistat summa propositorum tuorum, quæ executioni mandare debeas, videlicet ut totis v-

ribus gratiae & vocationi respondeas, finemque Sacra-
bus propositum adipisci studeas, qui est
DEI honorem querere,
Ut magis dilatetur.
Seipsum non negligere,
Ut anima salvetur.
Et proximum perficere,
Ut charitas servetur.

Considera III. Quam facilis tibi futura sit exem-
plum vocationis, magnitudinem praemij promissi, &
aliorum Sacerdotum fervorem, tum saecularium longe-
ra & difficiliora pro vilissimo lucro aut honore agen-
tium exempla perpendas. Statue proin omni conatu in han-
dationem incumbere. Colloquium ad B. V. cum simili-
bus affectibus, ut in priore punto indicatum est.

Punctum III.

Considera I. Quemadmodum ad hoc, ut terra fructuosa
non satis est, ut semen gremio quasi suo recipiat, sed impo-
natur, ut per occasionem ab avium insidijs defensio
deinde per humorem seu coelestem, seu terrestrem impo-
& per calorem solis calefiat, ac fertile reddatur; ita nos
tis esse ad profectum tuum, ut plurima bona proposita
ceperis (*Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine, Domus
intrabit in regnum Cœlorum, sed qui facit voluntatem Pa-
tri mei, qui in celis est, ipse intrabit in Regnum celorum.*) sed insuper requiri, ut te I. bene-
tra tentationes, quæ te perinde ac Christum post secessum
vadent, bene munias, & constantiam contra quocunque
sultus teneas. II. Ut humorem gratiae coelestis per
& ferventem orationem, & Sacramentorum usum in-
quentiam attrahere studeas. III. Ut hoc semen proprie-
rum per dissidentiam humilem id viribus tuis, &
confidentiam in divino auxilio, soli coelesti, id est, Dei
teste D. Paulus, dat incrementum, exponas, & communi-

IV. Ut tu quoque per tuam cooperationem, & medi-
qua per hos dies prescripta accepisti, sedulam ac coher-
tem praxin serio collabores, ut cum Apostolo Cor. 15.
cere possis: *Gratiâ autem Desum id, quod sum, & pa-*

Sacerdos nacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauit,
ut ego autem, sed Gratia DEI mecum.

Considera II. Quam efficacia sunt haec media ad optatam
depositorum executionem; & quam æquum sit, ut ea dili-
citer & constanter adhibeas, illudque servorum Naaman
Reg. 5. dictum tibi frequenter applies: Pater, & si rem
audem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quan-
tumq[ue] magis, quia nunc dixit tibi: haec paucula.

Considera III. Quomodo ea deinceps adhibere, sicutque de-
sideratum fructum ferendo, re ipsa probare velis, jactum à
DEO semen in terram fertilem ac bonam cecidisse. Collo-
quium ad Christum cum intenfissimis affectibus Gratitudi-
nis, Amoris, Fiduciae, Humilitatis &c.

Videri etiam potest Theophilus Weyeri Hebd. 4. f. 299.
b 304.

Conclusiones.

I. Ergo audi devotum Aseetam l. 3. c. 9. in Persona Chri-
sti loquentem: *Nihil tibi de bono (succesu Exercitiorum)*
scribere debes, nec alicui Homini Virtutem attribuas, sed
tutam da DEO, sine quo nihil habet Homo. Ego totum dedi,
totum habere volo, & cum magna distinctione gratiarum
*actiones requiro. Ille sanè major & melior est, qui sibi mi-
nius adscribit, & in regatando humilior est atque devotior.*
l. 3. c. 23.

II. Ergo si spiritualis à DEO consolatio data est, cum gra-
tierum actione accipe illam, sed DEI manus intellige esse,
nuntiuumeritum. Noli extolli, noli nimium gaudere, nec
manter presumere: Sed esto humilior ex dono, cautior
queque & timoratior in cunctis actibus tuis: quoniam trans-
nit hora illa, & sequetur tentatio. l. 2. c. 9.

III. Ergo crede tibi à Christo repeti, quod olim Discipu-
li Joan. 15. Iam non dicam vos Servos, sed Amicos; omnia
enim, quaecunque audiri à Patre meo, nota feci Vobis. Ca-
ve ergo, ne audire cogaris ab eodem Luc. 12. Servus, qui
cognovit voluntatem Domini sui, & non preparavit, & non
fuit secundum voluntatem ejus, capulabit multis.

Legatur etiam l. 2. de imit. c. 10.

Aa 5

DIVI.